





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



106.  
120

GRATULATIO

Pro felici decursu Belli Juliacensis:

Sub

ILLUSTRISSIMO PRINCI-  
PE ACHEROE, HEROE

CHRISTIANO,  
PRINCIPE ANHALTINO, CO-  
MITE ASCANIÆ, DOMINO BERN-  
burgi & Servesti, &c. Palatinatus  
superioris

PRO PRINCIPLE,

Propugnatore Veritatis religiosissimo,  
Assertore Libertatis fortissimo,  
Servatore Tranquillitatis felicissimo.

Scripta

Ab

JOHANNE HETZELIO NORIMBER-  
gensi, Scholæ oppidanae Correctore, debita subjectio-  
nis & observantia ergo.

AMBERGÆ,

AMBERGÆ,

Typis Michaëlis Forsteri.

MDCXI.







GRATULATIO

Pro felici decursu Belli juliacensis

Sub

ILLUSTRISSIMO PRINCIPE AC HEROË,

CHRISTIANO,

PRINCIPE ANHALTINO, CO-

MITE ASCANIAE, DOMINO BERNBUR-

gi & Servesti, &c. Superioris Palatinatus Proprin-

cipe; Domino suo clementif-

simo:



*ò, sospes, jò, victor adest MAVORTIUS*

HEROS,

HEROS CHRISTIANUS, CHRISTO DUCE

ET AUSPICE CHRISTO.

*Dicite: jò Victor, salve fortissime Ductor,*

*Affertor pacis, sceptri Reparator aviti,*

*Ultor & ò patriæ vindex justissime rerum.*

*Salve Dux dilectè piis, dilectè Tonanti,*

*O Decus! ò nostri ter maxima Gloria secl!*

*Quas nos TE terras & quanta per æquora vectum*

*Accipimus tandem, prò quantis casibus actum!*

*Quàm veriti, ne fraude scelus, ne robur apertè*

*Exitium pariat, cultros sicasque parante*

A 2



GRATULATIO PRO FELICI DECURSU

*Dæmone cum rasis furiis noctūque diūque.*

*Laus æterna DEO, qui scutum HOC misit olympo,  
 Missum servavit, vires animumque ministrans,  
 Dum dubii Martis præsens versavit habenas,  
 Hostibus immanem semet pugnantis hostem  
 Opponens, clypeum lateri, scutumque sagittis,  
 Arma armis, tonitru bombis, atque ignibus ignem:  
 Dum Rupes rupi, vertendis arcibus ipse  
 Extitit Arx, Aries muris tectisque superbis,  
 Missilibusque globis <sup>ἐκάλυψε</sup> fortior illo,  
 Annihilans, sternens, perdens, quæcunque minatus.  
 Hostilis furor, atque Sinonis fastus & astus:  
 Dum manifesta salus inter manifesta pericla  
 Heu vitæ, CHRISTJANE, fuit: nam telæque & arma,  
 Inter & horrissoni densata tonitrua bombi,  
 Fulmina præsentis mortis, crebrasque cadentūm  
 A dextrâ strages, à levâ parte premente.  
 Et cingente caput Marte undique & undique Morte,  
 Adfuit Omnipotens, stygiâ jam compede vinctum  
 Deprenditque manu, prohibens succumbere fato,  
 Qui puppis, qui præ rei, magni agminis instar. <sup>2Sam. 18. v. 4.</sup>  
 Scilicet integrum vitæ, rectique tenacem*

*Aspe-*



BELLI JULIACENSIS.

Aspexit Deus, & solito dignatus amore est.  
Quippe nec impietas unquam, nec devius error  
Avertit rectos recto de tramite gressus.  
Nec placuere doli, nec sanguinis extitit author;  
Sed fautor pacis, sed libertatis avitæ,  
Sed sanctæ fidei, sed Recti, Juris & æqui.  
Vespasiane tuos mores, vel mitia facta  
Christi CHRISTJANI referunt mitissima sceptrâ:  
Sub quibus en justus (dictu laudabile) gaudet  
Et dolet injustus; clementem sentit uterque.  
Hinc meritò totus CHRISTJANUM diligit orbis:  
Hinc inter ipsos domitos venerabilis hostes:  
Hinc meritò pacis belli que negotia tractat  
A PATRIBUS PATRIÆ curæ commissa fideli,  
Tradita EI DEXTRÆ, fati quam frangere nulla  
Aspera vis valuit, nulli lassare labores.  
Esto Sol terris, testis tu conscia Luna  
Curarum, emensa que viâ, quas, Optime Princeps,  
Impiger exhausti pro libertatis honore,  
Per varios fluctus, casus, rerumque procellas,  
Posthabitis quibus heu animis! propriâque salute.  
Quo nunc, quo tantus Princeps ornandus honore?




GRATUL. PRO FELICI DECURSU BELLI JULIAC.

Tantâque curarum moles? tot fortia gesta?  
Quod nomen factis? quæ cedat adorea tantis?  
Præmia dant calcar, Virtus ornatâque crescit,  
Inflammans memores animos studiumque merendi.  
Sed CHRISTIANE, Tibi grates persolvere dignas,  
Non opis humanæ, nec gentis quicquid ubique est  
Christi adûm latè totum quæ sparsa per orbem.  
Dii tibi (nam spectant claros pensantque labores,  
Et bonitate suâ semper benefacta coronant)  
Præmia digna ferant: nam maxima & optima merces,  
Quæ DEUS, en, maneat tua maxima & optima gesta.  
Interea votis, fatis factisque dicatis,  
O CHRISTIANE, fave: rursus Tibi fata favebunt,  
Ut seu pugna vocet, rerum seu publica cura,  
Æternum liceat sic acclamare reverso:  
Jò Sospes, jò Victor adest MAVORTIUS HEROS,  
HEROS CHRISTIANUS, CHRISTO DUCE &  
auspice CHRISTO.







## VOTVM

### PIORVM SUBDITORVM.

**D**Eus Optime Maxime, Imperiorum auctor sta-  
torque DEUS; DEUS, qui das salutem Regibus:  
qui superbos de fastigio deturbas, qui RECTOREM  
HUNC nobis benignus de cœlo demisisti, demissū  
propitius servasti: ardenti Te voce obtestamur atque preca-  
mur, Custodi porrò, Serva, Protege Servum tuum: præcin-  
ge Eum fortitudine: doce manum Eius ad prælium, & digi-  
tos Eius ad bellum: exere lanceam, & obsiste occurrens per-  
secutoribus eius: dies eius diebus cumula: mirifica super eū  
miserationes tuas. Tu qui salvos facis sperantes in te, da ro-  
bur populo tuo, & benedic ei. Exurge Domine, adjuva nos,  
& redime nos propter nomen tuum. Exurge Domine, ne isti  
mortales invalescant: dent tibi Judici pœnas Populi. Con-  
sterna istos, JEHOVA: fac ut omnes sciant, quòd mortales  
sint: & intelligant, quia manus Tua, hæc, & Tu  
DOMINE, ista fecisti omnia. Tuum est re-  
gnum, potentia, laus, gloria, honor,  
victoria sempiterna,  
Amen.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs within a rectangular border.





№ 1996.

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17


M

DX










B.I.G.

Farbkarte #13



ATIO  
i Juliacensis:

O PRINCI-  
HEROE  
LANO,  
LTINO, CO-  
MINO BERN.  
Palatinatus

CIP E,  
religiosissimo,  
simo,  
s felicissimo,

NORIMBER-  
e, debita subjectio-  
ergo.

E,  
orsteri,

100.  
120

